



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros  
Decretalium, Tomus ...**

In Librum IV. Decretalium, per viginti, & unum Titulos distributum, De Sponsalibus, Et Matrimoniis, eorumque impedimentis, ac dispensationibus,

...

**Schlüter, Georg**

**Augustæ Vindelicorum, 1702**

Quæstio X. In Tit. X. De Natis ex libero ventre.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73058](#)

sonae qualitatem, circa personam non est natura, non tollit voluntarium simpliciter circa illam, etlo misericordia involuntarium circa qualitatem. Hinc licet persona sit in apprehensione intellectus, ut *virgo, dives, nobilis*; & voluntas eam apprehensionem sequatur: solum sequitur deficiente qualitate, consensum non esse *omnino*, seu *omnimodo* voluntarium; sed esse tamen voluntarium simpliciter, & solum involuntarium secundum quid. Neque ur-

get paritas ab eleemosyna; cuius dominium non acquirit, qui sicut pauper est. Nam actus misericordia natura sua, & per se respicit indigentiam alterius, quam largitione sublevare intendit, quae in hoc casu deficit; at in consensu conjugali non deficit persona, vel substantia rei, quam per se respicit, sed tantum acci-  
dens, quod praesens esse,  
error fingit.

## Q U A E S T I O X.

In Tit. X. De Natis ex libero ventre.

1083. In hoc titulo resolvitur quaestio, cuius parentis conditionem filii sequantur, quoad servitatem, & honores; an patris, an matris? quoad primum haec regula traditur, quod partus quoad conditionem se-  
quatur ventrem, qui certus est, sive pater  
sit liber, sive servus. L. 5. Q. 2. & 3. ff. de  
stat. hom. & sensus est, quod proles sequatur  
conditionem matris, non patris. Hinc natus ex matre serva sit servus, esto  
patrem habeat liberum; c. fin. de servis  
non ordinand. ubi Gregorius IX. ab Ar-  
chiepiscopo Neapolitano rogatus, an  
natus ex patre servo, & matre libera,  
sit liber, & licet in faecis promove-  
atur: respondit mandamus, quatenus  
si tibi confiterit de premissis, eundem  
militem ab hujusmodi impedimento cessa-  
re compescas. Casus autem erat, quod  
quidam miles diaconum impedire volue-  
rit ab ordinibus, eo quod haberet patrem  
servum, non obstante quod matrem ha-  
beret libertam, & natus ex libera, sit liber,  
esto patrem habeat servum. c. Indecens,  
unico h. t. ibi: indecens esse credimus, ut  
progeniti ex liberta, sive libera, sive ad ser-  
vitum retrahantur. Propterea tibi pra-  
cipimus, ut si documenta nulla sint ab  
Ecclesia parte, quae documentis hujus-  
modi debeant obviare, ab eius molesta  
fine aliqua retractatione compescas eundem;  
durum est enim, ut si alii pro mer-  
cede libertates tribuant; ab Ecclesia, à  
qua tueri debent, revocentur. Ex hoc se-  
quitur, si dominus suscepit filium ex ancil-  
la sua, etiam filium inde susceptum esse  
servum domini, ut dicitur L. 2. C. si ita  
mancipium: in casu tamen, quo domi-

nus usque ad mortem conjugatus non est,  
retentia ancillae, ac intestatus decepit, &  
illa, & liberi ex ea à domino suscepit, li-  
bertatem consequuntur. L. fin. C. commu-  
nia de Manumiss.

Not. autem i. regulam, quod liberi 1084.  
conditionem matris quoad servitatem, &  
libertatem sequantur procedere, quam-  
vis non sint geniti ex legitimo matrimo-  
nio. L. & servorum 5. ff. de statu hominum  
Vers. Ingenui sunt, ubi dicitur: nihil re-  
ferré, an ex iustis nuptiis, an vulgo con-  
cepisit: dicitur autem, vulgo conceptus,  
qui est spurius. L. vulgo 23. ff. eod. juncta  
gl. V. non licet: quae ponit exempla, si pa-  
ter sit monachus, vel proles concepta sit ex  
incestu.

Not. 2. quod partus sit liber, modo 1085.  
mater libera sit uno ex tribus modis, seu  
temporibus, nimurum, vel conceptionis,  
vel uteri gesti, vel nativitatis. Inst. de  
ingennis. Q. sed & si quis; item cit. L. &  
servorum hinc natus ex matre, quae libera  
erat, dum utero cerebat partum, sit liber,  
esto nascatur postea ex matre in servitum  
redacta. Hoc tamen intellige, vi  
natalium. Nam ex alio capite inter-  
dum aliter dispositum est: quando en-  
nim ex privata ancilla (licet libera)  
servus publicis operibus deputatus, su-  
scipit prolem, eo casu, liberi ex li-  
bera, sunt servi cum matre, juxta L.  
fin. C. de servis fugit: non iure se-  
quelle statutus materni: & ex vi nata-  
lium; sed ob delictum parentum; sic  
Sanchez cit. l. 7. hic d. 24. n. 12. Alter  
casus est, quo pater revocatur  
in servitum post commissam ingra-  
titudin-

titudinem. Nam liberi post hoc ei nati reducuntur in servitatem, adeoque sequuntur conditionem Patris, licet nati sint ex matre libera, *l. 2. c. de libertis, & eorum liberis.* Tertius casus est, juxta Sanchez, *cit. n. 14.* quo mater libera, & gerens uterum, justo bello capta, & in servitatem redacta parit. Nam eo quoque casu non ex vi naturalium proles sit serva; sed, quod eā occasione justi belli, beneficium à capientibus acceperit, ne unā eum matre interimeretur.

1086. Quoad honores autem, & nobilitatem

filius sequitur conditionem patris. *L. cum legitime ff. de statu hominum.* Id extendi etiam ad filium naturalem, sicutem quando uterque parens nobilis est, tenent alii qui apud Sanchez *cit. n. 1.* quamvis de jure communi aliud sit; sed in his hodie plurimum pendet a particularibus statutis, & legibus; præsertim in materia beneficiorum, & Canonicatum, ubi requiriatur descendencia ab utroque, vi sanguinis, non connubiorum; & nobilitas, per totas & tot parentelas; quæ materia non est hujus fori.

## QUÆSTIO XI.

### In Titulum XI. De cognatione spirituali.

1087. Cognatio triplex est, spiritualis, legalis, & carnalis; quælibet eartum ve-  
nit inter impedimenta matrimonii  
diximus sub hoc termino *Cognatio.*  
De Legali dicimus tit. 12. de Carnali. tit.  
14. de Spirituali, quæstione præsenti. *Co-*  
*gnatio spiritualis,* est propinquitas certarum personarum, Ecclesiæ institutione proveniens ex collatione, vel susceptione baptismi, & confirmationis. Multo amplior, & ad plures personas extensa erat jure veteri; nunc tamen, & jure novo, non propter multitudinem prohibitionum multoties contingat in gradibus prohibitio matrimonia contrahi, à Trid. *scf. 24.* de Reform. Matr. c. 2. restrictum est ad pauciores, ut dicimus in seqq.

### ARTICULUS I.

An & quo jure cognatio Spiritualis  
matrimonium dirimat.

1088. Quod cognatio spiritualis dirimat matrimonium contrahendum, vel eā stante contractum, non jure naturali, aut divino, seu ex ipsa institutione sacramenti, sed solum Ecclesiæ dispositione ob reverentiam, quæ debetur baptizanti, confirmanti, ac Patrinis, qui eorum Patres spirituales dicuntur, habetur ex Concilio Nicæno, *can. 20.* & tum ab aliis sub hoc Pontificibus, tum concilii confirmatum, ut constat ex tota *cans. 30. q. 1.* & toto hoc titulo in decretal. ac novissimè ex Trid. *supracit.* Ex aliis porrò Sacerdotiis (praterquam baptismo, & confirmatione) haec cognatio, cui Ecclesiæ dispositione annexa sit

vis impediendi, vel dirimendi matrimonia, non oritur, ut dicitur in *c. fin. q. fin.* *b. t. in 6.* ibi: *Ex datione vero aliorum sacramentorum cognatio spiritualis nequam oritur, que matrimonium impedit, vel disolvat.* Nam uit at gl. *ibid. V. sacra-*  
*mentorum;* in baptismō *renaſcimur;* & Chrmatio illam confirmat; quod non est in aliis sacramentis.

Nec obstat quod in *c. omnes. 33. q. 1.* dicatur, *omnes, quos in penitentia fuſci-*  
*pimus, ita nostri sunt spirituales filii, ut &*  
*ipſi, quos vel nobis fuſcipiunt, vel tri-*  
*ne mersionis vocabulo mergentibus, unde*  
*sacri baptismatis regeneravit.* Sylvester  
quoque docens admonet utrumquemque Sacerdotem, ut nullus causa fornicatio-  
nis ad suam penitentialem accedat: quia  
scriptum est (omnes, quos in penitentia  
accipimus, ita filii nostri sunt, ut in ba-  
ptismate fuſcipi) quapropter hoc *scelus,*  
si quis perpetraverit, non solùm digni-  
tatis honorem amittat, verum etiam usque  
ad exitum vita suæ jugi penitentie le-  
subdat: & *c. sequentibz ibi:* *Si quis Sacerdos*  
*eum filia spirituali fornicatus fuerit, scit*  
*se grave adulterium commisse.* Idcirco  
femina si laica est, omnia derelinquit,  
& res sias pauperibus tradat, & conver-  
ti in monasterio Deo usque ad mortem ser-  
viat: Sacerdos autem, qui malum exem-  
plum dedit hominibus, ab omni officio  
deponatur, & peregrinando duodecim an-  
nis peniteat: postea vero ad monasterium  
vadat, ibique cunctis diebus vita fuz  
Deo scribiat.

Ex